

his duobus mādatis vniuersa lex pēdet & pro  
phetæ. Sufficit ergo ad Decalogi præcepta præ  
stata, hæc duo vniuersalia principia memoria  
tenere, ex quibus, Xpo auctore, & vniuersa lex  
& Proph. depēdet. Quo magis miror, quos  
dā, qui alioq necessitatē sciendi ūnes fidei ar  
ticulos à Christianis excludunt, ad horū decē  
præceptorū notitiā eosdem obligare, q̄ nemo  
Præcepta, quæ ignoret, implere queat: quæ ra  
tio nihil ultra obtinet quā q̄ aliqua ratione ad  
eorū impletionem sit necessarium præcepta  
cognoscere, quod nec nos negamus. Cognoscū  
tur. n. quantū ad eorum obedientiā atunet, in  
his vniuersalibus principiis abunde: qui. n.  
q̄ sibi non vult, alteri non faciat, neminem  
occidet, nullius thorū usurpabit, nullius res  
furio subducet, falsum testimonium aduersus  
quē piām non dicet, non vxorē, non ancillā  
non bouē. &c. concupiscet. Cōtra, qui, quod si  
bi fieri vult, aliis faciat, parētes venerabitur  
cætera quæ in præceptis illis iubentur presta  
bit. Qui deum ex rotō corde, extota anima,  
& extota mente diligat, nō habebit profecto  
deos alienos, non eriget sibi idolum, Sabba  
thū sanctificabit, & externo aliquo cultu pse  
quetur cursus, q̄ proximū diligat sicut seipsum,  
nō occidet, nō mœchabitur cū alterius cōiuge